



Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Voluminibus Comprehensus

Tractatus de erroribus Pelagianorum, de gratia, de iustificatione & merito,
de virtutibus theologicis & quatuor cardinalibus, ac de ineffabili mysterio
incarnationis

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniae Agrippinae, 1671

Art. II. Præcipua Semipelagianorum dogmata recensentur

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77177](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77177)

Itaque Massilienses in multis à doctrina Pelagii abhorrentes, in aliquibus tamen ei adhaerere, præsertim in eo quod dicebat primam gratiam & vocationem ex meritis bonæ voluntatis dari: & propter hoc, *Semipelagiani*, seu reliquia *Pelagianorum*, dicti sunt: licet S. Thomas communi nomine eos Pelagianos appelleret, ut patet 2.2. quest. 6. art. 1. 1. parte. quest. 2.3. art. 5. ubi ait: Pelagianos posuisse initium bene faciendi ex nobis, consummationem autem ex Deo. Et 3. contra Gentiles cap. 149. dicit Pelagianorum errorem fuisse auxilium merenti gratia esse ex nostro merito, ac primum initium justificationis esse ex nobis, consummationem autem ex Deo. Idem quodlibet 1. art. 7. inquit: ad errorem Pelagianorum pertinet dicere, quod homo possit se ad gratiam preparare absque auxilio divine gratiæ.

*Præcipua Semipelagianorum dogmata
recensentur.*

§. I.

6 **N**omen prædestinationis dupliciter usurpatur potest; primo largè pro quocunque decreto seu constitutione efficaci Dei circa actus nostros; secundo stricte pro transmissione efficacii hominum ad gloriam: qui est frequentior usus illius nominis apud Theologos. De prædestinatione primo modo sumpta dicebant Semipelagiani, ipsam non prævenire voluntates nostras: quia alias humana libertas tolleretur, & fatalis quædam necessitas induceretur. Constat hoc dictum, primo ex verbis Prosperii referentis

De prædeterminatione verò secundo modo accepta in primis asserbant, eam non esse purè gratuitam, sed dependentem à præscientia meritorum; neque certam ex se & ab intrinseco, sed ex præscientia qua Deus prævidet quid unusquisque facturus est, quive bono vel malo fine ex hac vita discessuri sint. Hoc etiam patet, tum ex verbis Prosperi àniti Epistolæ ad Augustinum, ubi de Massiliensibus ait: *Qui autem credituri sunt, quive in eâ fide, qua deinceps per Dei gratiam sint iuvandi, manerunt, præfusse dicunt ante mundum constitutionem Deum & prædestinasse in regnum suum, quos gratia vocatos, dignos futura electione, & de hac vita bono fine exiituros prævidit.* Tum etiam ex Faustulo lib. 2. de gratia & humane mentis arbitrio, ubi hæc scribit: *Aliud est præscire, aliud prædestinare; præscientia gerenda præpositum, postmodum prædestinatio revolvenda describit; præscientia de alieno subfinitur, prædestinatio de iudicio suo; à præscientia quæ sunt nostra produntur, à prædeterminatione quæ sunt preparantur; ac per hoc nisi præscientia exploraverit, prædestinatio inter alia deservit.* Unde Prosper in eâ Epistolâ inter alia consoluit Augustinum: *An per præscientiam possit stare præpositum, an verò præscientia quodam ordine sit submixta præposito? Id est an efficacia & infallibilitas divini decreti hominibus gloriâ præparantis, fundetur in præscientia operum futurorum, vel potius iustus scientiæ certitudo & infallibilitas, ex firmatæ & efficacis vinorum decretorum derivetur?*

Nec solum futurorum absolutorum præscientia utebantur, ad mysterium prædestinationis explicandum, sed etiam scientia conditionerum: cum enim contra id quod aliebant, Deum non dare dona sua gratiæ, nisi supponendo ex parte hominis initium aliquod bonæ voluntatis, premerentur à Catholicis exemplo parvulorum, qui cum sint peccato originali addicti, nec in illis possit esse ullum initium bonæ voluntatis, quidam tamen baptismum recipiant, alii vero sine illo decedunt; respondetur (ut refert idem Prosper) Tales perdi, talesque salvari, quales futuros illos in annis majoribus, si ad adultam pervenissent aetatem, scientia divina prævidit. Similiter cum urgebatur exemplo adultorum, & quærebatur ab ipsis, cur istis & non istis Evangelium prædicetur? Id non in divinæ beneplacitum voluntatis rejeciebant, sed in fidem, & in opera eorum conditionatè à Deo præscita; ita ut Deus procuraret istis Evangelium prædicari, quia eos præscit credituros, si audiant, alii vero non, quia præscit eos non credituros. Vel ut loquitur D. Prosper: Dicebant dispensasse Deum tempora & ministeria prædicationis, juxta quod prævidebat aliquos credituros, & exorturum esse bonarum

credulæ

credulitatem voluntatum. Et hoc modo Prædeterminationem hæresim putabant excludere, solvendo scilicet antecedentiam & efficiaciam divinæ voluntatis, & recurrendæ ad præscientiam absolutam vel conditionatam futuri consensûs voluntatis humanæ.

9 Aliud doctrinæ Massiliensis dogma erat, prædeterminationem non esse ita infallibilem, quod non posset numerus prædestinatorum minui, vel augeri, & perseverantiæ semel donata, de facto amitti: Nec acquiescunt (inquit Prosper citatâ Epistolâ) prædestinatum electorum numerum nec augeri possent minui, ne locum apud infidelis & negligentes cohortationem incontinentia non habeant Et Hilarius in Epistola eam ad Augustinum: Iude est quod & illud pariter non accipiunt, et eligendorum reprobatorumque esse definitum numerum velint.

10 Item asseriebant (ut Prosper & Hilarius in iisdem Epistolis referunt) quantum ad Deum pertinet, paratam esse æqualiter omnibus vitam æternam; quantum autem ad arbitrii libertatem, ab eis eam apprehendi, qui Deo sponte credunt, & auxilium gratiæ merito credulitatis accipiunt.

11 Denique in Augustini de prædeterminatione & reprobatione doctrinam acriter invehebantur, & dicebant eam istum in lucem arbitrii libertatem auferre, gignere desperationem in peccatoribus, otium & ignaviâ in Sanctis, orationis studium extinguere, laudem bonis operibus detrachere, & homines ad licentiam & dissolutionem vitæ incitare; addebantque, ea quæ de vocatione electorum secundum populum, & gratia prædeterminatione, idem S. Doctor contra Pelagianos disputans scripserat, Ecclesiastico sensui, & Patrum qui eum præcæderant opinioni esse contraria; ut patet ex Epistolis Properi & Hilarii sæpe citatis, & ex libris Fausti Regienfis de libero arbitrio: Multum (inquit Prosper) qui in Massiliensi urbe constitunt, Sanctitatis tuæ scriptis, quæ adversus Pelagianos hæreticos condidisti, contrarium putant Patrum opinionem & Ecclesiastico sensui, quidquid in eis de vocatione electorum secundum Dei propitium disputasti &c.

Ex his Semipelagianorum dogmatibus, quædam sunt hæretica, & ab Ecclesia damnata; alia non sunt erronea, sed ab Ecclesia tolerata.

§. II.

Quid de viribus liberi arbitrii, in iussu fidei, & postrema in fide & sanctitate perseverantia, Semipelagiani senserint?

12 Totius controversiæ inter Augustinum & Massilienses fundamentum & cardo erat, utrum à Deo vel ab homine capienda sint bene beatæque vivendi primordia; uter felicitatis author & architectus sit homo, an Deus? Ille Dei causam & gratiæ agebat; hî partem hominis & liberi arbitrii sustinebant; ille Deo sortem hominis committebat; hî ex infirma libertate pendere volebant; fortis ille & invictus gratiæ defensor, voluntatem humanam divinæ humiliter subiciebat; libertatem isti superba impietate præferebant; ac de liberi arbitrii viribus nimis altè sentiebant. Etenim ut refert Hilarius in Epistola ad Augustinum, in voluntate nostra vires ad bene operandum distinguuntur à viribus ad bene desiderandum, petendum, credendum &c. quæ pertinent ad initium bonæ operationis; ad-

A debantque; quod voluntas nostra, dū esset integra ante lapsum, poterat non solum petere & desiderare, sed etiam bene velle & operari, ad eoque quod tunc gratia adjuvabat hominem bene volentem & operantem, seu bonam ejus voluntatem: corrupta tamen per peccatum originale natura, non remanere volebant in nobis vires ad bene operandum, & rectè volendum (quæ sunt operationes hominis sani) sed tantum ad desiderandum salutem, & petendum remedium; & has vires dicebant esse semina quædam virtutū naturaliter insita animæ nostræ. Et quia nemo potest desiderare salutem, & eam petere, nisi prius credat Salvatorem, ideo etiam credulitatis affectum ex nostra voluntate esse, gratiamque Christi antecedere affirmabant: sicut æger licet non habeat vires ad ambulandum, & faciendum alia operâ hominis sani; potest tamen desiderare salutem, & querere medicum, ac petere medicinam. Unde ita in iussu bonæ voluntatis, non in solo credulitatis affectu, sed etiam in petitione, pulsatione, desiderio sanitatis, & similibus actibus imperfectis constituebant; dicebantque illa in hominibus prærequiri, ut Deus gratiam ad credendum, sperandum, diligendum, alios ad us perfectos eliciendos, tribuat; ad eoque gratiam Dei non fovere nisi hominem jam apperentem Dei gratia, nostralque Deus expectet voluntates, ut purgari & sanari velimus, non autem per suam gratiam efficiat ut sanitatem animæ queramus ac desideremus. Idque asseriebant, tum ne Deus videatur injustus, & personarum acceptor, quosdam suâ gratia præveniendo, alios verò relinquendo ac spernendo: tum etiam ne naturalis arbitrii nostri libertas, & inclinatio ad bonum & per originale peccatum omnino extincta videatur, si nequidem sanitatem suam homo ex se possit desiderare, ac petere, opemque medici implorare. Unde Hilarius in Epistola ad Augustinum de Massiliensibus ait: Conveniens asserunt veritati, vel congruum prædicationi, ut cum prostratus, & nunquam suis viribus surrecturus, annuntietur salutis obvianda occasio, eo merito quo voluerint & crediderint à suo morbo se posse sanari, & ipsius fidei augmentum, & totius sanctitatis suæ consequantur augmentum.

13 Quod autem de inchoatione fidei, hoc etiam de in ea usque ad finem perseverantia dicendum esse putabant, nimirum utramque humanæ voluntati pariter adscribendam, ut asserit D. August. lib. de dono persever. cap. 17. ubi ait: Initium fidei, & usque in finem perseverantiam, sic in nostra constituunt potestate, ut Dei dona esse non putent, neque ad hæc habenda atque retinenda Deum operari nostras cogitationes & voluntates: cetera verò ipsi dare concedunt, cum ab illo impetrantur credentis fide. Et inferius: Sed hæc, inquit, ut à Deo dentur nobis, fides impetrat, quæ incipit à nobis: quam fidem & incipere habere, & in ea usque in finem permanere, tanquam id non à Domino accipiamus, nostrum esse contendunt. Et iterum nonnullis injectis: Ad sola illa exhortantur dona, quæ non à Deo dari, sed à nobis esse contendunt, sicut sunt initium fidei, & in ea usque ad finem perseverantia. Hinc apud S. Properum, fidem & per mansionem in fide, ad præscientiam, non ad prædeterminationem revocabant, dicentes: Qui autem credituri sunt, quive in ea fide, quæ deinceps per Dei gratiam sit juvanda, mansuri sunt, Deum præfuisse ante mundi constitutionem, & eos prædestinasse. Errabant

Errabant etiam circa perseverantiam in virtutibus, & earum operibus, quam licet faceretur inter Dei dona connumerari, nullum tamen volebant dari perseverantiae donum, quo fieret ut sancti & predestinati certo & infallibiliter perseverarent, seu quo non nisi bene operantes, ac in bonis operibus perseverantes essent; quale docet Augustinus cap. 11. & 12. libri de correptione & gratia. Itarefert Hilarius in Epistola ad Augustinum, ubi de Massiliensibus scribit: Deinde molestè sunt ita dividi gratiam, quæ vel tunc primo homini data est, vel nunc omnibus datur, ut ille acciperet perseverantiam, non quæ fieret ut perseveraret, sed sine qua per liberum arbitrium perseverare non posset, nam verò sanctum in regnum per gratiam predestinatus, non tale adiutorium perseverantiae datur, sed tale, ut eum perseverantia ipsa donetur; non solum ut sine isto dono perseverantes esse non possint, verum etiam ut per hoc donum non nisi perseverantes sint. Hæc verba Sanctitatis tuæ (lib. de corrept. & gratia cap. 11. & 12.) ita moventur, ut dicant quendam desperationem hominibus exhiberi. Ex quo patet quod licet illi hæretici auxilium sufficiens & voluntati subditum, quo voluntas potest operari si velit, libenter admitterent, auxilium tamen de se & ex natura sua efficax, quod subijcit sibi voluntatem, & eam ad agendum applicat, ac infallibiliter eum actu conjungit, omnino repudiabant: quia falsò existimabant cum tali auxilio libertatem & indifferentiam voluntatis nostræ non posse componi. Unde dicebat Vitalis Semipelagianorum præcursor, ut refert Augustinus Epistola 107. Operari diu, quantum in ipso est, ut velimus, cum nobis nota sunt ejus eloquia; sed & eis acquiescere volumus, nos ut operatio ejus nihil nobis proficiat efficiamus: quod est ponere gratiam Dei, ut effectum habeat, seu ut efficax sit, dependere à nostra voluntate. Quod idem impugnat Augustinus, subdens de ipso Vitali: Quæ si ducit profectio nostris orationibus contradicis: & falsus libro de correptione & gratia cap. 14. ubi sic ait: Deo volenti saluum facere nullum humanum resistit arbitrium: sic enim velle & nolle in voluntate aut nolentia est potestas, ut divinam voluntatem non impediat, nec superet potestatem. Extrat etiam in eodem libro, cap. 12. verba ista: nec præclarissimum ejusdem S. Doctoris testimonium, quo, etiam supposito auxilio sufficienti, sine quo non potest aliquis perseverare, adhuc tamen requirit operationem Dei, quæ infallibiliter & actu voluntas, asseritque non relinqui in ejus arbitrio, ut si velit, maneat, si vero nolit, non maneat. Do aurea ejus verba: Tantum quippe Spiritu sancto accenditur voluntas eorum (scilicet Sanctorum) ut ideo possint, quia sic volunt, ideo sic volunt, quia Deus operatur ut velint: nam si in tanta infirmitate vita hujus ipsi relinqueretur voluntas sua, in adiutorio Dei sine quo perseverare non possent, manerent si vellet; nec Deus in eis operaretur ut vellet, inter tot & tantas tentationes infirmitate sua voluntas ipsa succumberet: & ideo perseverare non possent, quia deficientes infirmis: nec vellet; aut non ita vellet infirmitate voluntatis, ut possent. Subventum est igitur infirmitati voluntatis humane, ut divina gratia indeclinabiliter & insuperabiliter ageretur: & ideo quamvis infirma, non tamen desiceret, neque adversitate aliqua vinceretur. Quo nihil clarius & expressius dici potest, ad docendum dari auxilium efficax, à sufficienti distinctum, quo aliquis non nisi operans aut perseverans fit; quamvis sub ejus efficacia & infallibilitate voluntas retineat potentiam ad non agendum, vel ad non perseverandum; subindeque cum ejus libertate & in-

Tom. IV.

A differentia actuali tale auxilium compossibile sit.

ARTICULUS III.

An Semipelagianum initium fidei & bonæ voluntatis in nuda natura posset, vel gratiam aliquam internam, sed non doneam, ei adunxerint?

Certum est, omnes Semipelagianos in eo convenisse, ut initium fidei & bonæ voluntatis à nobis in nobis esse dicerent: ut patet tum ex Epistolis Prosperi & Hilarii ad Augustinum, tum ex ipso Augustino in libris de predestinatione Sanctorum, & de dono perseverantiae quibus ad Epistolam Prosperi & Hilarii responderet. Sed difficultas est, & controversia inter Theologos, quæ ratione illi hæretici initium fidei & salutis ex nobis esse existimarent: Quibus enim modis id esse potuit; primo ut illud initium fieret à sola natura, sine ullo adiutorio gratiæ interioris: secundo ut initiales illi actus cum aliqua gratia fierent, quæ tamen talis esset, ut indifferenter se haberet, & moraliter tantum excitans, maneret in potestate voluntatis, quæ eam uteretur vel non uteretur pro arbitrio suo. Hic est controversiæ cardo: in qua Janſenius lib. 8. de hæresi Pelagiana sentit, Semipelagianos non in ipsa natura, omni destituta gratiâ, sed adjecta eâ tantum quæ dare posset, non verò operari, initium fidei & bonæ voluntatis posuisse, atque adeo eos gratiæ adiutorium non negasse, sed quod non satis esset induxisse. E contra Patres Societatis censent, eos in nuda natura, omni gratiæ auxilio carente, initium fidei & meriti collocasse, neque ad id ullum, qualecunque id foret, gratiæ adiutorium invenisse. Alii verò docent, inter Semipelagianos, aliquos omnem prædictam gratiam ab initio fidei & meriti reſolvisse; alios talem admisisse, quæ cum esset pure indifferentis, & liberi arbitrii determinationem non cerneret, sed expectaret locum adhuc naturali merito reſponderet. Ita Franciscus à sancto Augustino Macedo, Franciscanus, in opusculo cui titulus est: Mens divinitus inspirata Sanctissimo Patri Domino nostro Innocentio Papa X. super quinque propositiones Cornelij Lanſenij, art. 5. ubi censuram quartæ propositionis exponit.

Hæc sententia videtur verior & probabilior: In primis enim quod esse debet aliqui Semipelagianis, qui Pelagianis similes, fidei & bonæ voluntatis initium in nuda natura ex integro ponerent, aperte colligitur ex Epistola Prosperi ad Augustinum, ubi sic ait: Quidam verò harum in tantum à Pelagianis semitis non declinant, ut cum ad constituendam eam Christi gratiam, quæ omnia præveniat merita humana, cogantur, ne si meritis reddatur, frustra gratia nominetur, ad conditionem hanc veluti unicumque hominis pertinere, in qua cum nihil prius merentem, quod nec existentem, liberi arbitrii, & rationalis gratia instituat, ut per discretionem boni & mali, & ad cognitionem Dei, & ad obedientiam mandatorum ejus possit suam dirigere voluntatem, atque ad hanc gratiam quæ in Christo reſuscitatur pervenire: per naturalem scilicet facultatem petendo, querendo, pulsando; ut ideo accipiat, ideo inveniat, ideo introeat, quia bono natura bene usus, ut ad ipsam salvantem gratiam, initiali gratia operante pervenire. Quibus verbis significat aliquos

Semip.